



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 1. Dissidia Clementis XI. Pontificis cum Philippo Hispaniarum Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)



Proscriptio erroris Quesneliani.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.
LIBER CCXV.

CLEMENS XI. PONTIFEX MAXIM.
JOSEPHUS I. ROM. IMP.

~~~~~ **Sæc. XVIII.**  
**A. C. 1709.**

§. I.

*Diffidia Clementis XI. Pontificis cum Philippo Hispaniarum Rege.*

*Priet. An-  
nal. cont.  
pag. 1029.  
Clef du Ca-  
binet De-  
cembr.  
p 420. &  
A batur, 440.*

Anno hujus sæculi nono Clemens XI.  
Pontifex Maximus innumeris cu-  
rarum molestiis omni ex parte obrue-  
*Hist. Eccles. Tom. LXVIII.*



Sæc. XVIII. batur, absdubio pondere opprimendus, si  
 A. C. 1709. minus generosum animum in pectore  
 fovisset. Tergiversabatur dudum Pon-  
 tificex, an Carolum III. Austriæ Archi-  
 ducem in Hispaniæ Regem agnosceret.  
 Id toto conatu, minis & armis a Papa  
 petebat ipsemet Josephus Imperator,  
 e contrario non minus armatas pro se  
 preces interponebat Philippus Andega-  
 vensis: uterque potentissimus, uterque  
 potentissimorum subsidiis suffultus: forte  
 tamen ambo vacuo Regis titulo a Papa  
 honorari, flocci habuissent, nisi annexa  
 fuisset sperata Neapolitani feudi posses-  
 sio: Ut autem utrique satisfaceret Pon-  
 tificex, fieri haud poterat, nec unius  
 voto velificari potuit, quin alterum of-  
 fenderet, & totam indignationis mo-  
 lem in se exoneraret. Prohibebant Pa-  
 tris communis officia sequi privatum  
 animi in Gallos propensioris impetum:  
 terrebant insuper noxii belli flammæ  
 jamjam per integrum ferme annum Pon-  
 tificias ditiones miserum in modum de-  
 vastantes: cum vero Pontifex pacem,  
 quamvis duram bello etiam prospero  
 potiolem esse consideraret, ne suas di-  
 tiones diutius germano militi diripien-  
 das exponeret, pace cum Josepho Im-  
 peratore inita Carolum Josephi Fratrem  
 pro Rege Hispaniæ se agniturum spo-  
 pondit, necnon Antonio Felici Dama-  
 sceno



sceno Archiepiscopo, qui Madriti Sedis Sæc. XVIII.  
 Apostolicæ Nuntium agebat, in man- A C. 1709.  
 datis dedit, ut apud Philippum obtenta  
 necessitate, atque exposita resistendi  
 impotentia initam pacem excusaret,  
 timendamque Regiam indignationem  
 allatis gravissimis rationibus præveni-  
 ret, ac denique Philippum de benevo-  
 lentia erga illum nunquam intermori-  
 tura, & tot periculis, & damnis, at-  
 que expensis hucusque comprobata cer-  
 tiorem redderet: Verum facundissima  
 Nuntii eloquentia exulceratam Philippi  
 mentem adeo non perfanare poterat,  
 ut Nuntium Pontificium protinus Aula  
 facessere, ac Madrito excedere jube-  
 ret, necnon Clero Hispanico deinceps  
 omni cum Aula Romana commercio in-  
 terdiceret, cunctisque Hispaniæ Præ-  
 sulum præciperet, ut censuris Eccle-  
 siasticis in eos agerent, qui ei minus  
 addicti, Carolo fidem suam obstringere  
 parati essent: Huic mandato omnes  
 Hispaniæ Præsules Regiæ indignationis  
 metu adacti morem gesserunt, editoque  
 diplomate omnibus Ecclesiasticis inhi-  
 buerunt, ne Carolo Regi faverent: so-  
 lus tamen Ilerdensis Episcopus datis ad  
 Regios Ministros literis, quo minus  
 obsequi posset, insinuare ausus erat, ex-  
 ponens, haud congruum sibi videri, ut  
 Ecclesiæ censuris utpote in re mere po-  
 litica



Sæc. XVIII. litica ageretur in eos, qui ab alterius  
A. C. 1709 arbitrio dissentiunt, ejusmodi etiam  
 usum aut inutilem, aut majoris mali  
 occasionem fuisse, ex Hispanæ gentis  
 Annalibus comprobari, populosque tum  
 primum, si affectu, liberaque fide per-  
 trahi nequeunt, armorum vi, non au-  
 tem minis Ecclesiasticis cogendos esse,  
 ostendit.

## §. II.

*Papæ Nepos unacum Nuntio Aposto-  
 lico Viennam decretus.*

*Orat. Con-  
 sist. Clem.  
 XI. p. 38.*

Postquam summus Pontifex noctu die  
 decima quinta Januarii in itæ pacis  
 articulos suo consensu firmaverat, Mo-  
 linesius Rotæ Romanæ Decanus Hispani  
 Regis, & Polignacus Abbas Franciæ  
 Regis nomine palam reclamabant,  
 suamque oppositionem Cardinalium  
 præcipuis, necnon Ottobono Pro-Can-  
 cellario, & Curiæ, fiscique Romani  
 Præsidi insinuarunt. Nihilominus Pon-  
 tifex die vigesima secunda Julii convo-  
 cato Purpuratorum Senatu declaravit,  
 se decrevisse, Annibalem Albanum Ne-  
 potem suum, ac Cameræ Apostolicæ  
 Præsidem Viennam ad Cæsarem alios-  
 que Reges & Principes ablegare, ut in  
 Pacis negotiationibus inter eos prope-  
 diem ineundis Apostolicæ Sedis digni-  
 tatem & orthodoxæ fidei rationes pro  
 viribus